

LIBER II.

DE ASIA.

Hujus orbis terrarum partes seu limites plures antiqui posuerunt Tanaim fluvium, quo ab Europa; & Nilum, quo ab Africa eam separarunt. Sed nos his, tanquam angustioribus, relictis, principium describendæ Asie sumemus à Tartaria, quæ Moseoviæ fines, unde transcedimus, attingit, cuius etiam regiones nonnullæ ei subjacent.

TARTARIA.

Olim Stythia, cuius appellatione media ferè Asie pars in continentí, exceptis Precopitis Tartaris, de quibus ante, continetur. Hæc enim regio se extendit à Volga fluvio usque ad fines Chinices: & ab Indiis & mari Scythico, usque ad paludem Maeotidem & ad mare Hyrcanum seu Caspium.

Dividitur in 4. partes: in quarum.
prima